


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

44, - 74 - 4°

LN 1341
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Erlige/ Velbyrdige/

nu Salige/ Fruve Kirſtine Holckis
af Barritzſkou/ *Epitaphium*, eller Grafſkrift/
ſom døde paa Kallundborg Slot/ den X. Februarij,
Oc blef Begrafuen vdi Nesby Kirke den 24. Martij,
Anno Chriſti 1599. Skrefuit paa Latine Vers oc
Danſke Rim: Oc nu publicerit hindes kiere igien-
lefuendis ſørgefulde Hosbonde/ Erlig oc Velbyrdig
Mand/ STEHEN BRAHE til Knudſtrup/ Dan-
marckis Riges Raad/ oc Kong: Maieſt: Befallings
Mand paa Kallundborg Slot/ Diſligeſt hendis
kiere Børn/ Blodsforuante oc alle gode
Venner/ til nogen trøſt oc
ringe tieniſte:

Af

Niels Lauritſøn *Pralio.*
Sch. i K.

Pſalm: XC.

HERRE/ du ſom lader Menniſken dø/ oc ſiger:
Kommer igien Menniſkens Børn.
Lær os at betenke at vi ſkulle dø/ at vi maa blifue
forſtandige.

Prentet i Kiøbenhaffn/ Af Hans
Stockelman. 1599.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Stehen Brahis Fæderne Vaaben.

BIBLIOTH. REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°



Kirſtine Holkis Fæderne Vaaben.

BIBLIO REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

IN ego quę HOLKORVM ſata ſum de ſtemmate priſ-
Hîc mea cum reqvie molliter oſſa cubant. (co,
Sic placuit ſuperis, nutu qvorum omnia pendent,
Sev vitam aſpicias, ſev grave mortis iter.
Non etenim cœco caſu motuve feruntur
Omnia, nec per ſe condita fortè ruunt.
Cecropius ſenſiſſe ſenex cev dicitur, orbi
Qvi docuit nullos imperitare DEOS.
Hac motus ratione, bonos qvòd ubiq; videret,
Subjectos fatis ſæpius eſſe malis.
Non hominum vitæ moderatur, & ulla futura
Noſſe poteſt ducens ſtamina Parca manu.
Inſcitè veluti fingebat ſtoica ſecta,
Qvòd caruit veri cognitione DEI.
Qvi verbo cœlos terramq; creavit & undas,
Et qvæcunq; in eis inveniuntur opes.
Sev tibi viſuntur, ſeu non: Nam plurima noſtrum,
Havd in conſpectum conſpicienda cadunt:
Hinc ſummi elucet ſapientia ſumma Parentis,
Artificem lavdant acta, probantq; ſuum.
CHRISTINA à Chriſto nomen ſortita vocabar,
Qvinta meæ proles & genetricis eram.
Stirps ego qvinta fui, ſed & ultima, qvartaq; nata,
Nam ſerie qvartâ filius ortus erat.
Ah Pater ob patriam pugnando fortiter almam
Occidit, adverſo captus ab hoſte, meus.
Mater ob id viduæ nomen gemebunda pudicæ,
Ferre havd abſtinuit mortis ad uſq; diem.
Illorum qvamvis durant præconia lavdis,
Qvam peracuta necis falx reſecare neqvit:
Inferior probitate tamen non prædicor ipſis,
Qvæ mea, dum vixi, maxima cura fuit.

In

JEg ſom ligger Begrafuen her/
Af de HOLKERS Stamme mit Afkom er.
Formedelſt Guds Villie det ſkede ſaa/
Ved huilken vi fødis oc ødis maa.
Thi intid kommer af Slompelykke/
Heller kand forgaa efter eget tykke.
Som EPICVRVS mente/ oc lærde derfor/
Aldelis ingen Gud ad der til vor.
Af den Orſag det ſaa til gik/
Det Onde ofuer det Gode tit makten fik.
Ei heller CLOTHO med Søſtrene tuende/
Volder at nogit timis eller kommer til hende:
Som STOICI ſagde/ der intid viſte
Huad Gud var/ eller hans Ord udviſte.
Som Himmel oc Jord oc Hafuet har ſkabt/
Oc alt andit huad i dem er befat.
Huad heller de vſiunlig ere/ heller ſig tee/
Thi megit er ſkabt ſom vi ei kand ſee.
Huor af vi forfarer hans Kloghed viſe/
Thi Gierningen monne ſin Meſter priſe.
KIRSTINA ieg hed maat du vide viſt/
Oc var min Moders femte Quiſt.
Femte Quiſt oc ſiſt / Daater fierde ieg var/
Thi fierde gang hun en Søn til Verden bar.
Min Fader blef fangen for ſit Fæderneland/
Paa Varbiergs Slot en Høuidsmand.
Min Moder derfor i Enke ſæde/
Lefde ſin Tid ei med ſtor Glæde.
Endog huer hafuer nu efter ſig/
It priſeligt Naun oc vdødelig.
Dog ſigis at ieg deris mon opnaade/
I Fromhed/ ieg oc der eftertraade.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Thi Forældris gode Art oc Tuct/
Opvoxer i Børn oc fremmer ſig ſmukt.
Som Segelſtenen ſig kraftelig indtrenger/
Gennom mange Naale ſom ſammen henger:
Lige ſaa Naturen udi mange Led/
Vdgyder ſin Art / blifuer altid ved.
Det gifuer mig oc en Pris vel dyr/
At ieg er kommen af Erlig Byrd.
Mit førſte Gift var med en Junker ſin/
Hand fik oc førſt Ecte troen min.
Hand var af Krauſers Stamm' oc Blod/
Mig en Huſbonde baade from oc god.
Huis ſinlig Leſned mig burde nu vel
Noget at omtale/ oc med got ſkel:
Men Døden hafuer met mig handlit ſaa /
At ieg den Materi ofuergifue maa.
Ah huad lærde ieg tilig at kiende/
At Verdſens glæde hafuer ſtakkit ende.
Sex Aar vi neplig ſammen var/
Før mand ham døder fra mig bar.
Med Hiertens Sorg oc megen Klage/
Det Enke ſæt paa mig motte tage.
Sandelig dette Lif er uviſt altid/
Paa huilket ingen kand ſla ſin lid.
Nu Glæde/ nu Sorg/ nu Lyſt/ nu Nød/
Som Maanen vrager oc ſkifter ſin Lød.
Huad kand beuiſis biſtandigt at være
Til Ende / Tiden jo kand fortære?
Ei altid Solen vi ſkinne ſee/
Stundem oprinder blaaner med taage oc ſne.
Nar Hafued alſomſtilleſte ſtaar/
En bruſende Storm fuld ſnart opgaar.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

In natis ſiqvidem virtus pretioſa parentum
Exoritur, vires multiplicatq; ſuas.
Decolor ut per acus connexas ordine Magnes,
Se in qvartam atq; ultrà fundere ſæpè ſolet.
Sic dotes animæ transfert natura potenter,
Semine de priſco ſemen in usq; novum
Si decus à proavis ortum duxiſſe putatur,
Nobilibus, non eſt gloria noſtra levis.
Illuſtri juveni primò ſum tradita nuptum,
Non dum Virginitas qvum mea tacta fuit.
Is de CRAVSORVM generoſo ſtemmate natus,
Virtutis ſpecimen præbuit eximium.
Cujus vita mihi, nec non mirandaq; virtus,
Lavde ſuâ meritâ concelebranda fuit.
Sed mors qvæ vires adimit, me facta mariti
Carmine lugubri condecorare vetat.
Hei mihi, qvàm ſubitò, cev fulgur, gavdia mundi
Aufugiunt, contrà mœror & ira manent.
Vix etenim ſenos mecum tranſegerat annos,
Morte ſinu raptus qvum fuit ipſe meo.
Sqvalidum ob id vultus tegumentum, pullaq; veſtis
Tradita ſunt viduæ triſtia ſigna mihi.
Scilicet ut dubia eſt, ſic non, hæc vita perennes
Proceſſus cuiqvam qvos dare poſſit, habet.
Illius ecce decor nunc ſplendet, redditur ater
Nunc, veluti variat pallida luna vices.
Qvid mihi monſtrabit, circumſpice chare viator,
Qvod firmum ſemper novit habere locum?
Nam neq; clara dies ſemper, neq; lucidus æther
Durat ad occaſum, candide Phœbe, tuum.
Qvum leve murmur adeſt, nec fluctus cernitur ullus,
Intumet everſis funditus æqvor aqvis.

Luſe-

Luſerunt ubi picta, die ſorbentur eodem,
Navigia, & rapido vortice merſa cadunt.
Qvæ nunc ſtant ædes, nimio cultuq; renident,
Has ſcintilla breuì perdere parva poteſt.
Ipſe plerumq; vides, pavlò ut qvi floruit antè,
Nunc ſpretus, vili contegiturq; caſa.
Nullus enim felix horam cenſebitur ante
Supremam: incertum eſt qvid feret hora necis.
Havd opibus ceſſit CROESVS Rex regibus ullis,
Mortuus aſt inter triſtia vincla fuit.
Avrea qvum Libycus pomaria clavſerat Atlas,
In ſaxum, viſâ Gorgone, verſus erat.
Tranqvillis ergò nimium confidere, ſtultum eſt,
Nam qvo cœperunt, non pede, ſemper eunt.
Adde qvòd humanas Dæmon res ſæpe malignus,
In flendum redigit terribilemq; locum.
MESSENI qvondam pro relligionis amore,
Cum Lacedæmoniis bella tulere feris.
Ejus ut eventum ſcirent finemq; laborum,
Qvod geſtum eſt longo tempore Marte vago.
Et pars utra prius ferret non victa triumphum,
Delphicon oraclum conſuluiſſe lubet.
In rebus potuit dubiis hoc Numen APOLLO,
Callida de ſaxo reddere conſilia.
Mittuntur proceres, & ſecum ingentia portant
Fatidico largè munera danda DEO.
Hoſtibus evictis MESSENEN eſſe futuram
Victricem, faciant ſi modò juſſa, canit.
Vt Latonigenæ mactetur caſta Dianæ,
Neſcia Virgo viri, ſed tamen apta viro.
Ne tamen ignorent ſumenda ſit, unde puella,
Expreſſis verbis indicat ille genus.

Æpyti-

Som Skibene beſt Seiler / i ſamme ſtund
Ligger de nedſunkne paa Hauſens grund.
Ved en liden gniſt falder det Huus i Aſke
Som før i Marken kunde prale oc braſke.
Den ſom Blomſtredis tilforn / oc Lykken var god /
Lider nu Hierte ſorg oc ſtørſt' Armod.
Thi kand ingen ſigis Lykſalig at være /
Før hand er ſeet begrafuen met Ære.
Ihuor mektig Kong CRÆSVS var /
Døde dog elendig i ſin fengſels Aar.
Der ATLAS hafde ſin Guldhafue foruart /
Blef hand omuent til en Steen vel ſnart.
Mand tørf ey tenke at Begyndelſen vil
Tage den Ende ſom førſt ſees til.
Det ſker oc tit ved Satans Liſt /
At Menniſken føris vdi Angiſt oc Tuiſt.
De Meſſener førde for Religionen krig /
Mod de Spartaner med ſtor ſig:
Men at de kund' Enden vide faa /
Thi den vdi lang tid ſtod oppaa:
Oc huilken part Seyer hiem ſkulde føre /
Af DELPHICO Kirke vilde de det ſpørre.
Der var en Afgud / oc APOLLO hed /
J tuilaktige Sager gaf hand Beſked.
Til Hannom blef Legater ſent hen /
Med ſtor Forœring ſom til deris Ven.
Hand lofuede dennom Seyer at faa /
Om de hans Raad vild' efter gaa.
Oc ſlakte deris Gudinde DIANÆ til ære
En reen Jomfru der Manduoxen kunde være.
Men at de ey ſkulde tag' af egen Beramme /
Sagd' Hand dem af huad Slekt oc ſtamme.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Æpytidûm fuerat ſtirps nobilis, ampla, vetuſta,
Nomine virtutis magnificata ſuæ.
Ex qva præcipuè vir princeps extitit unus,
Idem præfectus, ſuſpicor, urbis erat.
Nomen Ariſtodemus ei, ne neſcius ejus
Sis, ſtirpis ſplendens atq; corona fuit.
Illi virgo qvidem fuit unica gnata ſuperſtes,
Et facie præſtans & probitate nimis.
Præcipit hanc ipſam fallax ſors eſſe litandam,
Atq; ait hoc hoſtes vincere poſſe modo.
Inde domum redeunt, avdito numine miſsi,
Virgine deq; ferunt verba cruenta Patri.
Verba placent miti qvanqvam crudelia, patri,
Filiolam & letho deſtinat ille piam.
Publica ne patriæ remorentur commoda charæ,
Nata cadat Divis hoſtia, ſponte jubet.
Namq; magiſtratum ſapientem ſemper oportet,
Publica privatis antetuliſſe bona.
Qvum jam virgo trucem deducebatur ad aram,
Turba præit longo ſubſeqviturq; gradu.
Intortis ſertis, avroq; ornata nitente,
In thalamum Nymphe ſicut itura ſuum.
Attamen havd ſubiit mœror penetralia cordis,
Ante oculos qvamvis vidit adeſſe necem.
Qvid factum? En juvenis pertractus amore puellæ eſt,
Illius ac ægrè triſtia fata tulit.
Occurrit, verbis intentâ voceq; clamat,
Fecerat avdacem, ceu ſolet, acer amor.
Ex me fert uterum, fateor, ſubſiſtite, virgo,
Qvæ facitis? Non eſt digna nec apta ſacris.
Si DEA placetur jam dicto more velitis,
Caſta, intacta viro repperiunda fuit.

Infan-

Nu var de Epytider en gammel eet/
For Mandom oc Dyd høilig anſeet.
Af denne var kommen en ſynderlig Mand/
Som ſtor befalning var gifuen i Hand.
ARISTODEMVS, hand ſig kalde lod.
Sin egen Slekt hialp hand paa Fod.
En Jomfru hafde hand oc Børn ei flere
Deilig/ ſom ſig oc finlig kunde tere.
Denne befaler ORACLVM det Offer at blifue/
Om de den Krig til gauns vilde drifue.
Der det ſuar blef ARISTODEMO ſagt/
Oc om hans Datter ſaadant forlagt.
Godvilligen hand det ſamtyckt' oc bød/
Sin Datter at ſkickes til ſamme død
At hand der med Almuen kunde tiene/
Det Offer vilde hand tillade gerne.
Thi det bør huer Øfrighed med ſkel
At ſøge fellis gaun/ ei egen fordel.
Som denne Jomfru nu ledis hen ud/
Til Slakterbenken med ſorgefuld mod.
Med Krandſe oc Guld ſtafferid ud/
Som hun motte verit en Førſtelig Brud.
Dog var hun glad i Hierte oc Sind/
Endog hun ſaae der Dødſens pin:
Huad ſkeer? En Junker ſom hafd' hinde kier/
Oc nøye vilde ſee denne grumm' ufær.
Hand gifuer ſig imod den ſtore ſkare/
Med raabendis Røſt ſiger obenbare,
Denne Jomfru hun er ſiuglig ved mig/
Tiener icke derfor til Offer ſlig.
Vill' i DIANÆ nogen dyrkelſe giøre/
En pur oc ren maa i opſpøre.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Infantes reputate Dei cev dona tenellos,
Ergò pregnantem eſt grande necare nefas.
Talia fingebat ſervaret ut ille miſellam,
Ad mortem cujus vergere cuncta videt.
Vtq; malo cępto deſiſtant atq; cruento,
Dentq; ſibi nuptum ſupplice voce rogat.
Qvo, pater audito, niveum furibundus & atrox
Filiolę caſtæ diſſecat enſe caput.
Contemſiſſe Deæ juſſum ſcelus eſſe nefandum,
Nec patriæ afflictæ conſuluiſſe, ratus.
Donec enim colitur pura pietate fideq;,
Attribuit nobis proſpera cuncta Deus.
At cum negligitur, pœnas immittit acerbas,
Et non ex aliqva parte levanda mala.
Nox erat, & tempus qvo ſe Phantaſmata produnt,
Mortales dulci qvoq; ſopore cubant.
Ante thorum tepidum viſa eſt aſtare parentis
Filia ſqvalenti ſangvinolenta comâ.
Ille cruentatâ ſpecie ſtupefactus & atrâ,
Funereo qverulos edidit ore ſonos.
Væ mihi ter clamat miſero, lectoq; reſurgit
Sentiri poſſit quód ſibi nulla qvies.
Sic illum Furiæ trepidum torſere minaces,
Verteret ut qvó ſe nil niſi dira videt.
Veſtibus indutis, gnatæ ,decurrit ad illum,
In qvo condiderant ſavcia membra, locum.
Fallax reſponſum reprehendit Apollinis, atq;
Dein execratur ſeq; ſuumq; ſcelus.
Tandem deſperans, cor acuto tranſfodit enſe,
Qvid reſtat? Stygios labitur inq; lacus.
Ergo qvòd ex votis hominum res non peragantur,
In cavſa Satanas eſſe plerumq; ſolet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

En dødelig Synd/ ville i forſtaa/
Er/ en ſyglig Quinde røfue Lifuit fra.
Dette Raad optenkte hand ſaa fordi/
At hand kunde hinde fra Døden frj.
Det gruelig Mord bad dem affſtaa/
Oc ſig heller hinde til ekte at faa.
Her af blef Faderen ſaa haſtig oc vred/
Halshug ſin Datter med en Pre breed.
Den Gudinde vild' hand ei ſkulde times den ſpot/
Som kunde tilbære mere ont end got.
Ti naar mand tien Gud rettelig/
Gifuer hand os got mangfoldelig:
Men naar wi giør det ham ilde behager/
Paaſender hand os atſkillige Plager.
Nu det var nat/ oc Spøgelſe gik/
Oc Menniſken første ſøvn da fik:
For ham obenbarid hans Datter ſig/
Som hand hinde dræbte ynkelig.
Den arme Fader forſkreckede ſig/
Begynte at raabe forfærdelig.
Væ mig/ ſagde hand/ oc ſtrax opſtod/
Thi hand fik ingen Huile god.
En ond Samuittighed giør ham ſaa bange/
At hand ey ved huad hand ſkal anfange.
Ifør ſig dog/ løber til den ſtæd/
Der ſom hans Datter laa grafuen ned.
Den Avguds ſuar hand ankede paa/
Sin mordiſke Gierning lige ſaa.
Omſier af Misſtrøſt ſtinger ſig ihiel/
Forkaſter der med baade Lif oc Siel.
Saa er Satan endnu Orſag/
At Menniſkens Anſlag gaar ilde af.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Proh mala qvot patitur mulier, qvot ſæpe dolores,
    Amiſſo reſidet conjuge qvando ſuo.
Qvis non Penelopen inimicâ ſorte putabit
    Oppreſſam, caſus atq; tuliſſe graves?
Scilicet ingemuit deſertæ turturis inſtar,
    Dum conjux aberat bis duo luſtra ſuus.
Ille tamen fertur tandem rediiſſe (qvod unqvam
    Non expectarunt) portus & avra ſuis.
Sic neq; perpetuò durat crux ſæva piorum,
    Nec qvam permittit, plus gravat illa, Deus.
Adde, qvòd imponit nobis qui duriter illam,
    Avxilium præſens noſtra ſalusq; fiet.
Priſca recognôris hominum ſi exempla piorum,
    Vel nova (nam noſtro tempore multa vides)
Dicta probant faciuntq; fidem, non eſſe jacentes,
    Qvos unqvam rurſus ſurgere poſſe neges.
Quinq; abeunt hyemes carui dum conjugis uſu,
    Continuo luctu nec caruere meo.
Nam curæ innumeræ totidemq; nocentia damna,
    In viduæ coëunt, imperitantq; domo.
Pòſt ego STENONI BRAHE jungor fœdere lecti,
    Qvem natale ſolum jam ſupereſſe videt.
Arbitrio hoc factum eſt ejus, qvi ſidera volvit
    Lucida, qvi terram, qvi mare forte regit.
Sic vice mutatâ mulier ſum facta beata,
    Et coa eſt veſtis deinde reſumpta mihi.
Quam mihi jucundum fuit & tunc vivere gratum,
    Per temet, vel me, ſcire, tacente, potes.
Nam piceâ vitæ jam pulſâ nube prioris,
    Candidus & felix qvilibet annus erat.
Et ſtatus hic multos duraſſet lætus in annos,
    Mors niſi veniſſet lento inopina gradu.

Obſtat

Ah huor Quinden ſider ſorgefuld/
Nar Manden er borte/ ſom var hinde huld.
Gaf det ei PENELOPE daglig quide/
At hindis Mand var bort' paa tiuue Aars tide?
Hun ſørgede ſom en Turkelduue/
Sin Mage hafuer miſt: Huort ſkal hun fluve.
Dog kom hand omſier tilſtæde/
Alle ſine til trøſt oc glæde.
Men Kaarſit blifuer ei lenger til
Hos de Fromme/ end Gud det vil.
Hand legger os vel Byrden paa/
Dog trøſt oc hielp af hannom vi faa.
Der ſom du betrakter de Gamlis Legender/
Oc andre Exempel ſom daglige hender.
Da findis det ſant/ at ved Guds makt/
Kand den opreiſis ſom er nedlagt.
Paa Siette Aar ieg Enke ſad/
(Vden i HErren) ei megit glad.
Thi ſorg oc ſkade utallige mange/
J Enkers Huus ſamlis/ oc giør dem bange.
STEN BRAHE blef ſiden min Ecte Mand/
Som tien med tro vort Fæderne Land.
Af GVds forſiun det viſſelig ſkede/
Som Himmelen ſtyrer oc Hawed det vrede.
Saa hialp mig Gud igien paa Fod/
At Lykken blef mig blid oc god.
Huor lyſtigt at lefue det mig da var/
Dog Jeg det tier/ du ſelf forſtar.
Thi den mørke Sky henfoer med alt/
Oc alting for mig i lauge falt.
Denne Rolighed motte vel fler' Aar blefuit/
Hafde Døden ſit ſpil ei med os drefuit.

Men.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Obſtat enim vitæ humanæ contraria ſemper,
Qvamq́ nocere poteſt, invidioſa nocet.
Tam non ſublime eſt qvicqvam præſtansve potensve,
Qvod non momento deſtruit illa brevi.
Et nihil eſt totum qvod viximus: Omnia ſecum
Tempus præteriens horaq́ ſumma trahit.
Hæc mala mortali generi, proh, cuncta doloſâ
Antiqvus Serpens intulit arte Satan.
Sed nos commeritam patimur pœnam, utpote ſpretis
Mandatis ſtultâ credulitate Dei.
Attamen in CHRISTO veniâ donamur IESV,
Qvi factus nobis hoſtia ſufficiens.
Ille Draco ſceleris pœnas exolvet acerbas,
Favcibus in patulis, Cerbere dire, tuis.
Semper in hoc avtem ſecuri fallimur omnes,
Conijcimus mortem qvòd velut eſſe procul:
Qvum magis hâc præſens nihil eſt, ſapienter ut ille
Moratus docuit præmonuitq́ Cato.
Qvocunq́ ingrederis (dixit) chariſſime fili,
Pallida mors ſeqvitur corpus, ut umbra ſuum.
Te tamen invadit, qvum diſceſſiſſe videtur,
Et fortuna favet rebus amica tuis.
Hev nihil eſt hominini firmum: Namq́ omnia firma
Intereunt ſubitò, qvum benè firma putas.
Vt perit, ùtq́ ſui veſtigia nulla relinqvit
Tunc, qvum ſufflata eſt bulla nimiſq́ tumet,
Sic homo qvum vario rerum ſplendore ſuperbit,
Fit qvoq́ ſollicitus, qvàm fuit antè, magis.
Ex inſperato langveſcit protinus ille,
Inq́ ſolum, de qvo, ſolvitur, ortus erat.
Divitis exemplo cujusdam affirmat IESVS,
Cev virides herbæ, fortia qvæq́ teri.

Illius

Menniſkens Lif hand ſkadelig er/
Det at nedlegge er hans Begiær.
Ei er nogen ſaa Præktig eller Rig/
Hand kand jo giørr' hannom ſnart til Lig.
Oc det vi lefue er intit at regne/
Det ſees blant Menniſken alleuegne.
Ah den Tredſke oc Fule Aand/
Førde os denne gruelig ſkade i haand.
Dog kand os ingen vndſkylde fordi/
Guds Bud vi brøde met Villie fri.
Men vi finge Naade at foruinde den Nød/
Ved CHRIſti uſkyldig Pin' oc Død.
Satan ſkal denne ſin Gierning betale/
Til Euig tid udi Helfuedis quale.
Men dette er det os gæcker iblant/
Dødens tilkommelſe holder vi for tant.
Dog intit os nærmer verre kand/
Som CATO lærde den viſe Mand.
Døden dig følger ihuor du gaar/
Som ſkuggen det Legom mod Solen ſtaar.
Dog naar Døden ſiunis lengſt borte/
Dit Lif vil hand da førſt forkorte.
Ah huor uvis er Menniſkens Lif/
Som ſniger ſig bort alt ſom en Tyf.
Som Boblen naar hun ſig meſt former/
Forſuinder dis ſnarer oc ſees ei mer.
Lige ſaa Menniſken naar de meſt ſkreppe/
Oc paa alting blifue karrig' oc neppe.
Vforvent de dog haſtig hen dør/
Oc blifuer til Jord / ſom de var før.
It merkeligt Exempel gifuer CHRiſtus for/
Om en Riger Mand / at ſaa tilgaar:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Illius herbiferis uberrima meſſis in arvis,
Cum pecude & ſaliens luxuriabat ovis.
(Forſitan ut ſit nunc aliorum ſæpe labore
Pervigili, tantas ille parârat opes.)
Qvod ſimul ac vidit, faciam qvid neſcio, dixit:
Conſiliis careo deſtituorq; bonis:
Non etenim locus eſt, bona ubi cerealia cogam,
Sic eſt ad ſegetes officioſus ager.
Nec mora: vaniloqvo ſic gutture verba reſolvit,
Omnia nonne mihi ſunt meditata probè?
Hoc eqvidem faciam, deſtructis funditus arctis,
Horrea poſt condam vaſtaq; & ampla ſatis.
Atq; illic ponam demeſſas undiq; fruges,
Et mihi qvæ venient cætera fortè bona.
Sic benè congeſtis, ANIMAM mœrore refertam,
Omnibus, his verbis alloquar ipſe meam:
Dulcia nonne vides tibi jamjam multa repoſta,
In ſeros annos ſedulitate meâ?
Oblectare ergò, reqvieſce & veſcere lautè,
Læticiæ cavſam qvælibet hora dabit.
Sic ait ignarus, vel nolens ſcire caduca,
Qvàm bona ſint hominum, qvàm qvoq; vita brevis.
At DEVS excelſo reſidens in æthere, riſit:
Ac in eum torſit ſpicula dira necis.
Qviſqvis es, & qvanqvam colier vis numinis inſtar,
Et dici ſummi filius ipſe jovis.
Gloria tanta tamen nihil eſt, qvàm bulla repentè
Vaneſcens, humidæ & guttula vilis aqvæ.
Qvicqvid agas igitur memorare noviſſima, ne te
Opprimat incavtum mors inopina, rogo.
Et ſpacium reſipiſcendi qvum qværere tentes,
Tum veniæ dandæ janua nulla patet:

Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

En ofuerflødig Høſt hans Agre bar/
Paa Marken hafd' hand Fæ oc Faar.
(Rigdom maa ſke hand i ſaadan maade
Samlid / ad mange lidde der ved ſkade.)
Som hand det ſeer / ſiger hand ved ſig/
Huad ieg ſkal giøre det ved ieg ei.
Korn oc Kierne teer ſig nu ſmukt/
Jeg har icke rom til ſaadan Frukt.
Lang tid ei er ſig at raadføre/
Nu veed ieg vel huad ieg ſkal giøre.
Min Lade vil ieg nu bryde ned/
Oc bygge en ſtørre paa ſamme ſted.
Der vil ieg Kornet ind lade føre/
Med mere Gods mig monne tilhøre.
Naar alt er ſaa indhøſted tillige/
Vil ieg da til min Siellille ſige:
Aha huad hafuer ieg ſamled til dig/
Som i mang' Aar ſkal forſtrekke ſig.
Ed nu oc Drik/ ver lyſtig oc fro/
Jngen Dag ſkalt du fornemme uro.
Det ſagde hand ſom ei bedre viſte/
Huor ſnart Rigdom forſuinder med liſte.
Gud kunde ei lide den ſtolte Bæſt/
Blef derfor Dødſens ſnare Gæſt.
Jhuo du eſt oc altid vil verre
Ofuer andre ſtolt / en Jorderigs Herre.
Ei eſt du andit med ald din Makt/
End ſom en Boble / gif der paa akt.
Holt Enden for Øyen ihuad du giør/
At Døden dig ei houdkulds henfør.
Oc du vilde da giøre Penitentz/
Nar af ſkal ſigis den ſiſte Sententz.

 Da

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Contingatq́; tibi fatuis qvod qvinq́; puellis,
Qvæ Sponſi clavſas ante ſtetêre fores.
Ex primo binas ſuſcepi conjuge natas,
Tempore diverſo diſſimiliq́; modo.
Mœſta prior ſupereſt, & grandi preſſa dolore,
Orba Parente qvidem qvòd ſit utroq́; ſuo.
Atq́; utinam vivas, nec non oblivia poſſit
Carpere præſentis firma futura ſtatus.
Poſterior perijt, fateor, ſed nominis expers.
Exhæres regnî non tamen illa Dei.
Hoc ne ſit dubium, ratio pia cavſaq́; firma eſt,
Dogmate nec CHRISTI diſſonat ipſa ſacro.
Non Baptiſmus enim ſalvat, ſed ſanguis IESV,
Qvi ſolum ſordes abluit ille modò.
Peccatum ſunt hæ ſordes, ſed originis, ipſum,
In qvo concepti, naſcimur atq́; ſumus.
A qvibus infantes etiam purgantur in alvo
Maternâ qvi ſunt, pectore ſubq́; jacent.
Tanta DEI bonitas in parvos funditur illos,
Tantaq́; vis CHRISTI ſangvinis eſſe poteſt.
Adde, qvòd hoc caſu vis crudeliſſima lethi
Cernitur, ut cui ſunt pervia nulla loca.
Illa qvidem penetrans clavſtrum matricis opertæ,
Maturos fœtus perviolentia necat.
Hæc qvi ſolerti meditatur acumine mentis,
Ni lachrymas fundat ſaxeus ipſe fiet.
Ne tamen incuſem tam lamentabile fatum,
De vitâ pergam plura referre meâ.
Peccati qvoniam mors eſt juſtiſſima merces,
Ergo havd cenſetur vis inimica piis.
Per te, CHRITE DEI ſoboles, ſed vita perennis
Omnibus offertur, gratuitoq́; datur.

Proge-

Da faar du med de Jomfruer at quide/
    Som ei vared paa i rætte tide.
Ved min førſte Mand ieg to Piger fik/
    Ei paa en tid heller ens mig gik.
Den førſte hun lefuer foruden Trøſt/
    Thi hun baade Fader oc Moder har myſt.
Jeg ynſker at hun ey forglemmer det gode/
    HERREN gifuer ſine foruden mode.
Den anden døde naunløs maa ieg bekiende/
    Dog Arving til Guds Rige foruden ende.
Oc at du ei ſkalt tuile her om/
    Da er det ſagen efter Skriftens dom.
Ikke Dobſens vand / men CHriſti Blod
    Aftoer Synden / oc giør huer god.
Denne Arfueſynd er denne Vanſke/
    I huilken vi fødis / vil vi det grandſke.
Af huilken de ſmaa Børn renſis oc ſkæris/
    End oc de ſom i Moderens Lif nu bæris.
Saa Naadig er Gud mod dennom oc god/
    Saa kraftig er dem JEſu CHriſti Blod.
Her hos ſees Dødſens makt hin grumme/
    Huor hand igennem alting kand komme.
I Moderens Lif trenger hand ſig ind/
    Oc dræber med haſt det ufødde Kind.
Huem det begrunder oc her ad leer/
    En Daare / en Gæk hand ſig beteer.
Dog vil ieg ikke paa Døden ſkelde/
    Men vider' dig mit Lefnit fortelle:
Efterdi Døden er Syndſens ſold/
    Oc kand ei ſkyldis for nogen vold.
Men du O CHriſte Naaden tilfør
    Oc for os oplader Himmerigs dør.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Progenui gnatas totidem fœcunda ſecundo,
Extinctâ qvi me condolet uſq; viro.
In vivis ambæ; luctus vtinamq; paternos,
Nunc aliqvo poſſent extenuare modo.
Audiat hæc Deus & concedat plura rogatis,
Noſtraq; multiplicet vota favore ſuo.
Matris ad exemplum colui ſtudioſa maritos,
Poſtulat id qvod lex & ſocialis amor.
Qvódq; eſt præcipuè cujusvis matris honeſtæ,
Erudij gnatas in pietate meas.
Nam benè morati liberi genitoribus ipſis
Eximiam lavdem, ſint ubicunq;, ferunt.
Cætera qvæ fuerant tractanda domeſtica nobis,
Curavi placidè ſedulitate piâ.
Pars reliqva eſt vitæ noſtræ tranſacta, juvando
Pavperie preſſos, relligione, gravi.
Rebus in anguſtis, miſeris adferre levamen,
Optimus eſt cultus præcipuusq; DEI.
Integer & vitæ vitioq; remotus ab omni,
Hunc ſua perpetuo gloria ſumma manet.
Non ſimulata fuit pietas mea, ſed tamen æqvè,
Arbor ut ex fructu ſæpe notata ſuo.
Ipſa licet rerum facies externa ſubindè,
Senſibus humanis impoſuiſſe qveat;
Interior tamen affectus revocatur ad acre
Examen, juſti judiciumq; DEI.
Oderis idcirco qvenqvam, vel fortè necâris,
Iudice deprendes par ſcelus eſſe DEO.
Vtq; piè vitam transegi: Fama volabit,
Sic mea perpetuo docta per ora virûm.
Nam pietas etiam floret poſt funera vivax,
Illam nec credas tempore poſſe teri.

Fama

Min anden Hosbond ieg Døttre tuende
Fødd' / hand ſørger min Død til ende.
Baade de lefuer : O at de kunde/
Glæde deris Fader i alle ſtunde.
Bønhør mig GUD af Naaden din/
Oc giør langt ofuer Begieringen min.
Efter min Moders raad oc lære/
Holt ieg min Mand i akt oc ære.
Oc ſom det bør en Moder god/
Opdrog mine Børn i HERrens Ord.
Thi tuktige Børn flyer Foreldren' ære/
Huad heller de ude eller hiemme erre.
Min Huuſgierning giorde ieg altid/
Med tilbørlig omhu oc Chriſtelig flijd.
Fattige hialp ieg gierne paa fod/
Af Chriſtelig Andact oc mening god.
Thi at hielpe de Arme med Gierning oc Ord/
Det er for Gud en Tieniſte ſtor.
Oc holde ſig ſelf fra Verden der hoos
Vbeſmitted/ gifuer lige ſtor Roos.
Vden ſkrømpterj min Gudfryktighed var/
Som it got Træ ſine Frukter bar.
Om en med vduortis Fromhed end kunde
Forhuerfue ſig Lof i allen ſtunde.
Det vil dog aldelis intid due/
Thi Gud pleyer altid hiertid at ſkuve.
Huad heller du hader eller ſlar ihiel/
Lige Synd at være dømmer hånd det ſelf.
Mit Nafn aldrig udſlettis kand/
It Gudeligt Lefnit førde ieg forſand.
Gudfryktigheds Lius ſom huer optender/
Efter Døden varer/ oc ei opbrender.

Thi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Fama viget SARÆ qvamvis tot ſecula jerunt,
Ex qvibus atroci morte perempta fuit.
Nam non divitiis præclara avt ſtemmate avorum
Extitit, illuſtri ſed pietate magis.
In cava buſta licet mors fallax corpus inane
Pertrahit, intactum nomen at eſſe ſinit.
Inqviras proavos, & avos, propriosq; parentes,
Et conſangvineos forſan utrinq; meos:
Invenies omnes virtutis nomine claros,
Atq; ſatis dignos nobilitate ſua.
Nam neq; nobilitas generis conſiſtit in ortu,
Nec clarus qvisqvam nomine Patris erit:
Sed qvam qvisq; ſibi propriâ virtute parârit,
Nobilitas olim credita ſola fuit.
Anni penè qvater deni, menſesq; bis octo,
Dum vixi, luctu præteriere gravi.
Sed mihi nec deerat mea crux, nec pectus habebam,
Impatiens nimium: qvæq; moleſta tuli:
Sev de plebe ſies, ſev inter lumina mundi,
Attamen eveniunt multa dolenda tibi.
Nam qvicunq; volunt in CHRISTO vivere juſtè,
(Divinus PAVLVS dixit ut ore ſacro.)
Proponant multos ſibi caſus eſſe ferendos,
Fataq; non vitâ digna fidéve ſuâ,
Et qvo qvisq; magis pius eſt probiorq;, profectò,
Hoc minus in mundo proſperitatis habet.
Qvamlibet interdum miſcentur triſtia lætis,
Aſpicis hæc illis eſſe minora tamen.
Sic variat, neq; enim conſtans fortuna piorum eſt,
Hiſtoriis multis res ea nota docet.
Qvò magis è mundo raptam me lætor, & ejus
Caſibus exemptam, qvos ego viva tuli.

Nam

Thi rømmis SARA oc faaer ſin Lof/
Dog hun for Tuſinde Aar henſof.
Ei for Rigdom eller Deilighed/
Men meſt for hindis Gudfryktighed.
Legomed leggis vel i Grafuen hen/
Men Rykted blifuer tilbage igen.
Om mine Forældre der ſom du ſpør/
Paa Færn' oc Mørne ſom mig tilhør:
Da findis de alle af Dyd oc Ære
Ret Ædle Folk/ oc mektig' at være.
Ei Fader eller Farfar det volde kand/
At nogen fødis en Adelsmand.
Men det priſer ieg Adeligt at være/
Som blifuer adſpurt ved Mandom oc Ære.
Fire Maaneder / it oc Fyrretiuue Aar/
Vilt du det vide / min Alder var.
Ved Skriftens Trøſt oc Taalmodighed
Var ieg Kaarſit / min Tid henſled.
Huad heller du eſt Ringe eller Rig/
Dit Lif ei endis uden Sorg oc Krig.
Thi huo i CHRIſto lefuer Gudelig/
(Som Paulus lærde ret Chriſtelig:)
Til megen Modgang hand maa ſig ſkikke/
Dog hans Gierning forſkylder det ikke.
Jo mere nogen i Guds Venſkab er hold/
Ham tilſlaes Vlykke dis flere fold.
Endog mand hafuer det gode iblant/
Saa tager det onde dog ofuerhand.
Guds Børns Lykke blifuer aldrig ſtill'
Altid omſkiftis: ſom Skriften vil.
Thi takker ieg Gud at ieg kunde naa
Det Maal/ vi alle monn' efter traa.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Nam nihil hic aliud, niſi triſtia, multa pericla,
Sunt qvibus objecti ſuppoſitiq́ pii.
Non eſt mortalis, qvem non attingat & urat
Exangvis morbus, ſollicitusq́ dolor.
Pro lucro magno cenſendum ſcilicet eſſet,
Cuiqvam ſi qva dies absq́ dolore foret.
Plena malis tellus, iiſdem ſunt æqvora plena,
Et qvò te confers, omnia plena malis.
O hominum mortale genus miſerumq́ qvid eſtis,
Præter qvàm diræ victima tetra necis?
Atqvi vobiſcum ſi rem reputare velitis,
Vivere non vita eſt, mortis at ipſa comes.
Vir qvidam eloqvio præſtans qvum fortè rogatus,
Qvantum vixiſſet temporis: ille refert:
Exiguum tempus, ſed multos turpiter annos,
Robur ei qvamvis tum juvenile fuit.
Ethnicus hoc dicto voluit monſtrare diſerto,
Vita qvòd eſt, ſupra, res oneroſa, modum.
Nam licet hac nobis non eſt anguſtius ullum
Conceſſum munus, nobiliúsve datum:
Hæc Ætna gravior qvòd ferri monte videtur,
Efficiunt morbi, triſticiæq́ graves.
Inde fit ut malint fatis concedere multi,
Qvàm miſerâ vitâ difficiliq́ premi.
Divus IOBVS erat patiens vir non minus ipſam
Devovit, natus qvâ fuit, ille diem.
Illa dies (inqvit) tenebras vertatur in atras,
Et remeet nunqvam nomine verſa ſuo.
Qvumq́ nihil magis eſt gratum qvàm lumen amicum,
Hanc deteſtentur Dijq́ hominesq́ tamen.
Nec magis hæcce juvet, triſtis qvàm mortis imago,
Intuitu cujus cuncta pavere ſolent.

Tanti-

Derneſt de HOLKER ved ſamme Gudſ
Maa Spiris igen til Tuſinde ſkud.
Ynſk de KRAVSERS lige ſaa at gaa/
Oc alle andre ſom dem lyder paa.
Denne ynſk blifuer ikke forgewis giort/
Men faar ſin genge oc fremgang fort.
Af Menniſkens Bøn/ oc ei af kraft/
Lader Gud ſig ſige/ oc gifuer ſig taft.
ELIAS/ ſom vi/ it Menniſke var/
Ok hafde/ ſom vi/ alle Menniſkelig kar.
Hand tuingde dog Gud med Bøn ſaa hart/
At hand gaf Regn oc Dug med fart.
Megit vil Gud for din Bøn udrette/
Om du til hannom din Tro vil ſette.
Bort' er ieg ei/ dog ieg er faren hen/
Oc ſees ei for din Øyen igien.
Langt ſtøre er min Saligheds glæde/
End nogen tør dert for mig græde.
Ved Troen oc Haabet i JESV naun/
Sette ieg min Kaas ſom til en Haun.
Den har ieg naat/ oc frykter ei meer/
For Haffens Bølger oc ſtormendis Veer.
Oc at ieg nu kand ende min Tale/
Oc dig den evige Gud befalle.
I Himmerig findis min Siæl at være/
Huor hun beſkuer Guds Anſikt oc ære.
Mit Legom ſofuer i denne Graf/
Til Chriſtus vil ſige Dommen af.

τέλος.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1341 4°